

Dies Natalis Christi COLENTA EST!

sive

cantica Polona

de

Christi Nativitate

Latine elucubrata

a

Ceslao Michalunio SJ

Richardo Ganszyniec

Martino Loch

Quae notis musicis illustravit

Arturus Dobija

Editio emendatior



Studio et cura Martini Loch
AD MMXVIII

Versiones Latinas canticum Polonorum comparavere:

Pagella

Wśród nocnej ciszy	3	Nocte silenti – C. Michalunio
Cicha noc	3	Alma nox – C. Michalunio
Gdy się Chrystus rodzi	3	Nascitur cum Christus – R. Ganszyniec
Do szopy	4	Ad stabulum – C. Michalunio
Bóg się rodzi	4	Deus paret – C. Michalunio
Bracia, patrzcie jeno	4	Fratres en spectate – C. Michalunio
Pójdźmy wszyscy do stajenki	5	Ad praesepe – C. Michalunio
O gwiazdo Betlejemska	5	O Stella – C. Michalunio
Przybieżeli do Betlejem	5	Festinarunt ad Bethlehem – C. Michalunio
Mędrcy świata, mocharchowie	6	Magi omnis orbis reges – C. Michalunio
Tryumfy Króla Niebieskiego	6	Triumpho – C. Michalunio
Jakaż to wiazda świeci na wschodzie	6	In oriente – C. Michalunio
Oj maluśki, maluśki	7	Heu mi parvole – M. Loch

Nocte silenti (Wśród nocnej ciszy)



1. Noc te si - len - ti so - nus spar - gi - tur: pas - to - res sta - te De - us nas - ci - tur!



I - ter ci - to prae - pa - ra - te ad Beth - le - hem pro - pe - ra - te cum mu - ne - ri - bus.

2. Inventus Infans in praesepio
Secunda signa dat(a) ab angelo.
Deum nat(um) adoravere
Salutando clamavere
Pleni gaudio.

3. Redemptor salve, diu cupite,
Tot longos annos desiderate!
Te prophetae atque reges
Exspectabant, at te praebes
Nobis omnibus.

Alma Nox (Cicha noc)



1. Al - ma nox, ta - ci - ta nox om - nis mun - di si - let vox. So - la vir - go nunc be - a - tum



Ul - nis fo - vet dul - cem na - tum. Pax ti - bi Pu - er pax! — Pax ti - bi, pu - er, pax!

2. Alma nox, tacita nox,
Pie Jesu, tua vox
Amorem nobis explanat,
Nos redemptos esse clamat,
In tuo natali.

3. Alma nox, tacita nox!
Angelorum sonat vox:
Alleluia! O surgatis,
Pastores huc accurratis!
Christus Deus adest.

Nascitur cum Christus (Gdy się Chrystus rodzi)



Nas - ci - tur cum Chris - tus et mun - do ap - pa - ret, cae - ca nox ful - go - re ra - di - an - te cla - ret.



1. An - ge - li in cae - lis — vi - si can - tant — hym - num pa - ra - di - si:



Glo - ri - a, glo - ri - a glo - ri - a in ex - cel - sis De - o.

2. Pavidos pastores angeli hortantur,
Bethlehem quam primum ut proficiscantur:
Natus enim est Salvator,
Mundi machinae Creator.
Gloria, gloria, gloria,
In excelsis Deo.

3. Spiritus caelestes caelique legati,
Quidnam faciamus, nobis revelate.
Imperiti nil pollemus,
Metu capti vix vigemus.
Gloria, gloria, gloria,
In excelsis Deo.

Ad stabulum, pastores (Do szopy, hej, pasterze)



53 1. Ad sta - bu - lum, pas-to - res, nam hic mi - ra-cu-lum. Fi - li - us De-i ia - cet, ut sal-vet po-pu-lum.



Can - ta - te, ci-ves-cae - li, pas - to - res, ca-ni-te! Re - ges-que, a-do-ra - te, et flen-tem co-li - te!

2. En genua flectamus,
Hic noster Dominus!
Et Deum salutemus
Submissis frontibus!
Cantate...

Deus Paret (Bóg się rodzi)



De - us pa - ret, vis vi - les - cit Cae-li Rex est de-nun - da-tus, ig - nis te - pet, lux ta - bes - cit Li-men scit il-li-mi - ta - tus,



Prin-ceps glo-ri-ae hu-mi-la-tus, Im-mor-ta-lem mors do-ma-vit, De - i Ver-bum Ca-ro fac-tum'st et in no-bis ha - bi-ta-vit.

2. Neque, caelum, terram vincis
Deus tua bon(a) abiecit
Intra plebem suam venit
Eius sortem suam fecit
Multa pro nobis est passus
Culpa nostra haec patravit
Dei Verbum Caro factum (e)st
Et in nobis habitavit

3. Tolle manum, Puer sancte,
Benedic telluri patriae,
In consilio, vita bona
Eam iuva dono gratiae.
Domum, pagos, urbes nostras
Tua manus sustentavit.
Dei Verbum Caro factum (e)st
Et in nobis habitavit.

Fratres en spectate (Bracia, patrzcie jeno!)



1. Fra - tres, en spec - ta - te! Ig - nis ar-det cae-lo! Cer - te mi-rum quod-dam fit sub e - ius ve - lo!



Re-lin-quamus nos-trum gregem De-um ha-be - at custo-dem et - nos ad Beth-le-hem, et nos ad Beth - le - hem, Ad Beth - He-hem!

2. Fratres, num videtis
Stellam coruscantem?
Ad colendum natum
Deum properantem?
Gressu laeto confidenti
Accedamus huic iacenti
Nostro Salvatori!

Ad praesepe properemus (Pójdźmy wszyscy do stajenki)

1. Ad prae - se - pe pro - pe-re - mus, Ie - sum, Vir - gi - nem lau-de - mus! Sa - lu-te - mus nat' - in-fan - tem
et Ma - ri - am e - ius Mat - rem! Sa - lu-te - mus nat' - in-fan - tem et Ma - ri - am e - ius Mat - rem!

2. Salve, Iesu adamate,
Patriarchis expectate,
A Prophetis praenuntiate,
Populis desiderate!

3. Salve in praesepe site,
Confitemur Deum in Te,
Qui hac nocte nobis natus,
Uti homo sit salvatus.

4. Salve Iesu huc apprens,
Salve, tuo Patre nascens,
Et hac nocte homo natus,
Ex Maria procreatus.

O stella de Bethlehem (O gwiazdo Betlejemska)

O stel - la de Beth - le - hem, in cae - lo ra - di - as. Sic quae - ro te per noc - tem, tu mi - hi lu - ce - as! In
sta - bu - lum me du - cas, quo De - i Fi - li - us, de Vir - gin' Ho - mo De - us Pro pec - ca - to - ri - bus. In - bus

2. Iam stabulo non ades
In cunis positus.
Quo, Christe, contendamus,
Ubi (e)s absconditus?
Pergemus ante altare
Amorem alere,
Te, Christe, adorare
Amoris munere.

Festinarunt ad Bethlehem (Przybieżeli do Betlejem)

1. Fes - ti - na - runt ad Beth - le - hem pas - to - res, Na - to ly - ra gra - ti - o - se can - tan - tes.
Glo - ri - a in ex - cel - sis, glo - ri - a in ex - cel - sis, Pax au - tem in ter - ris!

2. Inclinati salutabant humiles,
Prompto corde Deum natum alacres.
Gloria...

3. Mira Dei annuntiabant caelites,
Numquam talia audiere mortales.
Gloria...

4. Mirabantur evolantes cantores,
Cogitabant, quid hoc esset, pastores.
Gloria...

Magis omnis orbis reges (Mędrcy świata, monarchowie)



1. Ma-gi, om-nis or-bis re-ges, quo sic pro-pe - ra - tis? Cer-t'ut na-tum Re-demp-tor-rem Ie-sum vi-de - a - tis.



Pu-er thro-num hic non ha-bet ne-que scept-trum te - net, pro-phe-ti-a mor-tis e-ius mun-dum to-tum im - plet.

2. Reges mundi, cum saevitia
Infans iam vexatur.
Fama tristis: En Herodes
Natum insectatur.

Magi tendunt ad Bethlehem,
Fama non turbantur,
Stella monstrat Salvatorem,
Firma spe laetantur.

Triumphus Regis in excelsis (Tryumfy Króla Niebieskiego)



1. Tri-um-phi Re-gis in ex-cel-sis ve-ne-runt cae-lis de im-men-sis. Sus - ci - ta - runt pas - to - res,



gre - gis - su - i cus - to - des Can - tan - tes, can - tan - tes, can - tan - tes.

2. Gloria Deo in excelsis
Pax omni homini in terris!
Natus est enim Salvator
Animarum Redemptor
Hodie, hodie, hodie!

In oriente sidus refulget (Jakaż to gwiazda świeci na wschodzie)



In o-ri-en-te si-dus re-ful-get, si-dus re-cen-tis no-mi-nis. Ma-gi pro-cla-mant: Po-pul' e-xul-ta, si-dus sa-lu-tis ho-mi-nis!




Currunt Monarchae stellam sequentes et post Monarchas populus, stella radiente Salva-tor-mun-di in ter-ris est an-nun-tia-tus.

2. Ille ut esset nobis exemplar
Amoris atque victimae,
Secundum Dei arcana fata
Natus in summ(a) egestate.
Stramento vili caput reclinat,
Ut signum palam martyris.
Quae mundo vitam datura novam,
Latura praemium victoris.

Heu mi parvole (Oj maluški maluški)



1. Heu mi par-vo-le, par-vo-le, par-vo-le, — quid a-gis in mun-do? De-us in-ops et fra-gi-lis, fra-gi-lis, — si-cut-i ha-run-do.



En ca - na - mus Do - mi - no, in - fan - ti par - vu - lo!

2. Quid de caelo descendis, descendis, num te pellit pater?
Aut in terram tam humilem, humilem, vocavit te mater?
En canamus...
3. Illic permultos angelos, angelos habuisti servos,
Familiares hic habes, hic habes bovem et agnellos.
En canamus...
4. Nonne melius, melius, melius cenasti in caelo?
Hic te famis exercet, exercet gravi suo prelo.
En canamus...
5. Illic commode, commode, commode poteris dormire,
Hic solum in frigore, frigore, poteris vagire.
En canamus...
6. Quare igitur, Domine, Domine, caelum reliquisti?
Nonne nimis temere, temere in mundum venisti?
En canamus...